HONORIUS AUGUSTODUNENSIS, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, 12. Jh.
Seite 54r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35480
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



pasche diximus. In illa uigilia legebatur in principio creauit
deus celum et terram. in ista legitur Temptauit deus abraham. Hee due
lectiones reducunt nobis in memoriam. duos patres. unum carnalem
et alium spiritalem. Ab adam omnes sumpsimus carnalis generationis initium.
ab abraham uero spiritalis generationis exordium. Ille in obediendo
omnes nos perdidit. iste nunc obediendo audiuit. in semine tuo benedi
centur omnes gentes. Illam lectionem canticum non sequitur. quia per adam omnes
ad luctum nascimur. Istam canticum sequitur. quia cuncti per fidem abrahe
in xpo ad gaudium renascimur. unde et oratio consonat. Deus qui in abrahe
obedientia. Lectio Temptauit deus abraham. hystoriam sonat. alia
scripsit moyses canticum nouam legem declarat. quam spiritus sanctus in cordibus
fidelium in die pentecostes scripserat. sicut moyses illam legem in die
pentecostes perceperat. Unde allegoricum canticum sequitur. in quo nobis
leticia eterna promittitur. Tercia lectio. uii. dona spiritus sancti pronun
ciat. per uii. mulieres quas unum uirum idem christum apprehendere cla
mat. Per hanc tropologia notatur. quia per uii. dona spiritus sancti mores
fidelibus dantur. Hanc canticum sequitur. quia bonos mores gaudia
secuntur. Quarta lectio. Audi israel. anagogen sonat ubi dicit.
Disce ubi sit sapientia. ubi uirtus. ubi prudentia. ubi lumen et pax. Quam
canticum sequitur. quia in illa uita canticum leticie sine fine cantabitur.
Tituli ideo non pronunciantur. quia auctores scripture acathecuminis
adhuc ignorantur. Aliqui in hac uigilia tres lectiones legunt. et
quatuor cantica canunt. quia fidem trinitatis lex. et psalmo
dia. et prophetia instruunt. et quatuor euangelia ad leticiam eterne
uite deducunt. Romani octo lectiones legunt ut in penteco
sten ut in aliis uero dominicis. Propter baptismalia sacramenta in tribus
personis baptizati. tribus psalmis laudamus trinitatem usque ad octa
uam. Responsum sonant spiritum sanctum paraclytum. idem consolationem
a sponso promissam aduenisse sponse. et dona ei per ipsum allata.
idem fidem. opera miracula. et cetera carismata. Ideo in hac die bap